

1

Nota quod a principio libri usque ad
Stephanum episcopum qui creatus est
episcopus Metensis anno Domini 1120
in annis videtur defectus; nescio si
tanto tempore episcopatus vacaverit,
quia scribitur quod post mortem episcopi
Hermannii per aliqua tempora vacabat.
Similiter a 42. episcopo, secundo scili-
cet Walone minus bene summi ponti-
fices allegantur cum imperatoribus. Hec
notare curavi, volens a Jacobo episcopo
exclusive cronicas perficere, ne scrip-
ture posteriori error imputetur

Philippus LXXII^{us}.

Nobili viro domino Jacobo ad celestia
migrante electus est in episcopum Meten-
sem dominus Phillipus de Florhangia
anno Domini 1262, episcopus Metensis
62. Hic benignus erat et largus
et bene in regimine commendandus.
Nam castrum Lustembourg destruxit
et Conde construxit, multaque alia
bona fecit. Sed non valens sustinere
multorum impugnaciones tercio anno
suo episcopatum sedi apostolice resig-
navit, pro sui sustentacione petens
prebendam Metensem cum thesauraria
et valle de Remcleye et obtinuit. Tunc
sedes apostolica dominum Wilhelmum
de Troiquel Romanum nobilem ecclesie
Metensi in episcopum prefecit. Undelicet